



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

63 Causa iusta manendi extra monasterium, est eius vtilitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

prelatus, & media pars conuentus professionem admittere possunt, cum maior pars conuentus sit necessaria; arg. l. quod maior, ff. ad munic. & gl. in c. si. de reg. iur. in 6. & solo iure communi a tenentis monachorum receptio ad conuentum, & prelatum immediatum monasterij, in quo nouerunt annum impluit, non autem ad generalem, presidentem, aut alium superiorem mediatum pertinet, arg. c. ad apostolicam, de reg.

DECISIO LX.

Ex conf. 64. alias 80.

Regularis ob delicta, & incorrigibilitatem per sententiam superioris ex ordine iuste eiectus, extra suum ordinem, & monasterium iura per se conscientia remanere, adeo ut si redire nolit, neque a confessorio in foro inferiori, neque ab illo iudice in foro exteriori ad redeundum cogi possit: sed nec etiam ad aliam religionem transferendum compelli valet, aut ad suum ordinem redire, aut superiores eius, utrum iterum recipiant, rogare tenentur. Ad aliam vero religionem transferens, requiritur noua professio, ut illius ordinis religiosus fiat. Quin etiam forte nec ad suum ordinem redire potest, ita ut si noua professione recipiat saltem ad eum locum, & gradum, in quo ante sententiam erat.

DECISIO LXI.

Ex conf. 65. alias 74.

Quamuis clausura Regularium lege vniuersalis ecclesie sit inducta, c. placuit, c. monac. 2. 16. q. 1. potest tamen prelatus, ut ait S. Th. 2. 2. q. 101. art. 1. non solum ob parentum necessitatem, sed alias etiam ob causas iustas & honestas cum regulari dispensare, ut honestis in locis, & habitu suo retento extra monasterium maxime ad monasterij utilitatem, maneat.

DECISIO LXII.

Ex conf. 66. alias 5. de verb. signific.

Canonici Regularis domos separatas, & extra claustrum possitas, in quibus morari solent ancillae, & recipi cognati amici, & alij hospites utriusque sexus, qui predictos canonicos vident, vel charitatis officium istud impendant, non obstat, ut Bulla Pij V. que incipit Regularium. licite habere possunt, nec vlam excommunicationem, vel aliam poenam propter aduentum, vel ingressum mulierum honestarum in praefatas domos, ob causas honestas incurrunt; cum virtute illius, solum monasteria clausa, & non alias Regularium domos, mulieres ingredi prohibentur.

DECISIO LXIII.

Ex conf. 67. alias 68.

Regularis cum licentia superioris monasterij, & iusta de causa, (qualis est utilitas directa, vel indirecta monasterio exinde proueniens, c. Monachi. 1. & 2. 26. q. 1. aut studium discendi, vel docendi literas religioso conuenientes, & alia similes ad boni & prudentis viri arbitrium) extra monasterium manere potest, neque vlla ad hoc Papae licentia, aut dispensatione indiget.

DECISIO LXIV.

Ex conf. 68. alias 53.

Cum iusta de causa de vna ad aliam religionem transire liceat, quamuis quoad forum conscientiae, plura, quam quoad forum exterius ad hoc requiruntur; ex Sylu. ver. Religio. 4. q. 2. Ad Carthusianos non solum minoritate, & omnes alij religiosi etiam Mendicantes iure communi Extravaiani. viam de reg. transire possunt, sed etiam Carthusiani iusta de causa, ut causa melius seruendi Deo, dum absit scandalum, & infamiae prioris religionis, ad minoritas seruantes ad vnguem regulam suam, quoad forum conscientiae transire, & in secunda, bona fide manere possunt. Ita Syluest. vbi sup. quaest. 6.

DECISIO LXV.

Ex conf. 66. alias 75.

Minores conuēuales a Pio V. de auctoritate, alios benedictos receptores Regulares Mendicantes, vel non mendicantes quere tenentur. Benedicti autem receptores ij solum intelliguntur, qui de consensu totius conuentus, aut maioris partis, & non aliter, eos recipere, & ordini incorporare possunt, cum ad valorem actus nec voluntas sola sine potestate, nec sola potestas sine voluntate sufficiat, c. cum causa, de offi. de leg. & gl. ibid. vnde solum prelati sine consensu conuentus eos recipere nequeunt.

DECISIO LXVI.

Ex conf. 70. alias 13. de statu monach.

Sicut religiosus prouisus a Papa de beneficio manna-
li, & ad nuntium amonibili, non querit Papa, sed ipsi, & suo beneficii, vel ecclesie suae, siue conferatur ei a Papa cum clausula, ut teneat ad vitam, siue sine illa, ita quod maneat Manualis; c. d. nostram & c. postrecta de confirm. viil. vel in viil. ita etiam eadem, & maiori ratione Religiosus quicumque seu Canonicus Regularis beneficiarius, a superiore, qui est inferior Papa prouisus, administratio nem fructuum suarum commendarum, & beneficiorum per collationem canonice superioris sibi factam habet, de fructibus illorum disponere perinde, ac clerici secularis fructibus suorum beneficiorum, & consequenter de illis de deceter sustulerit, & in opera pia impendere potest, ex Card. in clem. 2. de vita, & honest. cler. & quicquid acquirit, non monasterio, vbi professus est, sed beneficio ecclesie, Hospitali, preceptoris, vel commendae, ad quarum gubernationem assumptus est, acquirit, c. si quis iam translatus 1. 1. q. 2. & c. pro cuiuslibet 16. q. 1.

DECISIO LXVII.

Ex conf. 71. alias 7. de donat.

Regularis de licentia Papae ab vna religione ad aliam translatus, & de licentia eiusdem alicui Hospitali inferuens, de questis ad pios vsus, per viam donationis, vel alterius contractus irrevocabiliter inter viuos facti, disponere potest. Non tamen per viam vltimae voluntatis, per quam nullus religiosus religionem professus, sine facultate testandi, quicquam disponere valet.

DECISIO LXVIII.

Ex conf. 72. alias 59.

Translatum ad religionem laxiorem per iudices a iure constitutos, cum causa cognitione, Bulla incipit *Sedis Apostolica*, & est constitutio VIII. in ordine, Bulla vero Pii V. incipit *Quacumque*, & est 91. in ordine Pii IV. & Pii V. qua reuocantur privilegia, & facultates recipiendi a lenos religiosos, & iubet etiam receptos ad pristinos redire, non comprehendit, eo quod haec solum reuocat privilegia recipiendi alienos religiosos per translationem, ad ordinem pristinos redire, sed illos solum, qui virtute illorum privilegiorum translati erant, iuris ordine non seruato.

DECISIO LXIX.

Ex conf. 73. [alias] 85.
74. 86.

Quamuis alij regulares, ut inquit Innoc. c. cum olim. 2. de priu. contrahendo vtiliter, ea, quae acquirunt, monasterio, vel ordini suo acquirunt, siue nomine suo, siue nomine sui monasterij, vel ordinis, siue impersonaliter contrahant; ex Bal. in l. seius C. de pactis, Franciscanus in eo quod monasteria, & ordo sancti Francisci sunt incapacia dominij possessionis, & proprietatis omnium bonorum pronunciariorum, c. ex is, de reb. sign. in 6. cle. ex ini. tit. eod. contrahendo sed tantum Apostolice acquirunt, adeo ut etiam omnia iuste siue a laicis, siue a clericis, Fratibus Minoribus de obseruantia donata, sed Apostolica, & non illis acquirantur. Quae sedes Apostolica sicut de iure, in obligat. omnibus, & iuribus vtilibus coram succedit; ita saltem acquirat, in obligationibus passivis eorum, dem succeditis
29 quibus